Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8188
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

custodi me ut pupillam oculi sub umbra alarum tuarum
protege me: a facie impiorum qui me afflixerunt Inimici
mei animam meam circumdederunt adipem suum conclauserunt:
os eorum locutum est superbiam Proicientes me nunc circumdederunt
dederunt me: oculos suos statuerunt declinare in terram
Susceperunt me sicut leo paratus ad predam: et sicut catulus
leonis habitans in abditis Exurge domine praeueni eum
et supplanta eum: eripe animam meam ab impio framea
tua ab inimicis manus tue Domine a paucis de terra
diuide eos in vita eorum: de absconditis tuis adipleti sunt
ventres eorum Saturati sunt filijs: et dimiserunt reliquias suas paruulis suis Ego autem in iustitia apparebo co
spectui tuo: satiabor cum apparuerit gloria tua Ant Propter
verba labiorum tuorum: ego custodiui vias duras Ant Diligam te
Diligam te domine fortitudo mea: dominus firmamentum pe
tuum meum et refugium meum et liberator meus Deus
meus adiutor meus et sperabo in eum Protector meus
et cornu salutis mee: et suscriptor meus Laudans
inuocabo dominum et ab inimicis meis saluus ero Circum
dederunt me dolores mortis: et torrentes iniquitatis conturbauerunt me Dolores inferni circumdederunt me: pre
occupauerunt me laqui mortis In tribulatione mea
inuocaui dominum: et ad deum meum clamauit Et exau
diuit de templo sancto suo voce mea: et clamor meus
in conspectu eius introiuit in aures eius Commota est et
contremuit terra: fundamenta montium conturbata sunt et
commota sunt quoniam iratus est eis Ascendit fumus in ira eius
et ignis a facie eius exarsit carbones succensi sunt ab
eo Inclinauit celos et descendit et caligo sub pe
dibus eius Et ascendit super cherubim et volauit sup